

Nuper me sollicitum de Winsenij amoribus vidisti a tuo.
 Postquam voti compotum utraque fecistis, accessit ille cum
 amoribus viri amor tertius, qui me ambiguum nunc magis
 reddit, et reuera nescium quid cui de tribus anteferre
 deceat. Impar itaque dicendo, quanta in practio singula habe
 am, de tribus uniuersis praedico, tanti me literatos vos, tanti
 amicos facere, tanti autores, tanti literas et libellos, quanti
 si me nostis, nunquam futurus vobis sum, qui cum amari
 a talibus cupiam id eo solo mereri videre, quod ambisio
 ausim; caetera ne dignus quidem, de quo a septentrione
 vestro, supersternere in Batavi sim, an fuerim, inquiratis.
 Vale vir eximie, et clarissimo Winsenio, qui tam amabili
 te fideicommisso in gratiam meam gravare voluit, salu
 tem a me nuncias, et amoris initia cum lepidissimis
 ipsius perennaturi. Hagae Com. Postrid: Cal: Aprilis
 CIOIICXXXII. Amplitudini tuae studiosissimus
 C. H.

S: quid porro huiusmodi deliciarum
 paritura sunt, quae in felici Trisia
 entare noui et ignota venerat
 praestantissima ingenia, scitote
 me perpetuo εὖ αὐτῶδοῖς τῶν Χείρῶν ἔχειν
 et utique facturum paria, si quid hic alij
 vel ipse insaniret.

Solio.

(156).

Ex quo postremum a te abii Vir Doctissime atque ami
 cissime, secuta me imago est mirabilis Galli, amiei,
 non citra inuidiam meam, tui, cuius in magna Urbe
 paulum sepultae distat inertiae celatae virtus. Illam
 praecipue, quam de Refracti radij demonstratione tanquam
 de re leui ac perspicuae spem fecit, nusquam deposui.
 Quae vero, dum per hos dies festos tuus es, esto hic, quod
 fuisti semper, quodammodo et meus quoque. et illud age
 serio, ne ab his regionibus, quod mirabatur, decedat Vir
 praestantissimus, nisi hoc saltem nomine liberet, quo quidem
 debitor censeri in uniuersum noster potest, quod sementi
 in hoc solo factae messem indigenis inuideri nulla ratio
 patitur. Amicitiam viri, non tam ineptus mei aestimator
 sum